ARS ET THEORIA TRANSMVTATIONIS METALLICÆ

cum Voarchadúmia, proportionibus, numeris, & iconibus rei accommodis illustrata.

IOANNE AVGVSTINO PANTHEO VENETO AVTHORE.



Veneunt apud Viuantium Gautherotium in via Iacobęa sub intersignio Sancti Martini.
1550.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,

&D.D. ALTOBELLO AVEROLDO, Dei,& Apostolicæ sedis gratia, Episcopo Polen. Sanctissimi que D.N. Papæ Referen. ac per totam ditionem Venetam, cum potestate Legati Cardinalis de latere, Legato digniss. Ioannes Augustinus Pantheus Venetus sacerdos, perennem felicitatem.

IAmdiu, Voarchadúmiæ nostræ (cõtra Alchimiam, via, & ratione ab Archimia, & Sophia, diuersę) fœtus in lucẽ emersisset (Presul Reuerẽdiss.) nisi Genius quidam, talibus verbis, ssiduè increpãs, ab incepto, deterruisset. Pantheu? uis te furor agit? Qua tibi audacia tantũ arrogas? implumen adhuc Auiculã nido abigas? Cui tan m abest, vt vires suppetãt ad volatum: quo ne pebus quidem tuto possis incedere? Quis hoc de te nthee suspicetur? Vt quò plura se impedimenta iiciunt, eó impẽsius hunc tuum fœtum emittere stines? Et quod est magis absurdum: non Italiam odo, sed vniuersum terrarũ orbem, velis eũ perrare? Ac insuper (quod præter animi tui sentenm est) ANDREAM GRITVM radiantissim Venetæ Reip. sidus, à cuius auspicacissimo tu, ac renutu, vniuersus imperii status pendet, au

deas incautè interpellare? Vide (queso) quid aga
Ille maioribus negociis est implicitus: quam vt
iusquam verbis possit vacare Et nisi tanto lecto
digna attuleris, futurũ sine dubio est, vt vnde gr
tiam speras, inde contemptum, & odium refera
Meum itaque consilium (nec fortasse imperitum
hoc est: vel impotentem adhuc fœtum hunc tant
per educandum, donec potentior, & longe grati
prodire possit: uel si prorsus ædẽdum putas, ita e
ornare cõtendas, vt non turpis saltem videatur. H
ergo monitis, sæpissimè castigatus addubitaui (f
teor) aliquandiu, ne nimius patris indulgentissim
amor, rectum iudicium falleret. Iccirco duos con
lui Censores, qui totum rursus opus, terq; quate
ab initio ab finem vsque, reuoluerent, explor
rent, ac diligenter perpenderent. Discussis aute
singulis quibusq;, nihil in toto opere deprehensu
est, quod addi, vel detrahi, vel mutari debere vid
retur. Namque, opus suis perfectum asserebant p
portionibus, partes vniuersas conuenire, insig
forma præstare, vegetum corpus esse, succi plenu
assiduo, ac diuturno labore firmatum: vt nullius
tici iudicium exhorrescat: vnum duntaxat excep
est: Venusta.foris elegãtia: cum tamen eam nos v
lentes, scientesq; dicendi magistris reliquerim
contenti verborum simplicitate: vt illis verba, n
sententiæ verbis ambiciosius inseruirent. In q
(nisi me iudicium fallit) humillimus sacrarum lit
rum stilus, in quo diutius versati sumus, hanc no
sermonis negligentiam fouet, tueturq;, vulgatis

pi, & vsitatis, quàm elegãtibus, & exquisitis verbis vtens, quod nihil ineptius habeatur quã in quæstione veritatis cognoscendæ, de verborum ornatu, esse solicitum. Fides authoris non temerè solet esse suspecta, vbi insolẽtes vocum illecebræ affectãtur. Qui flores pluris fructibus faciunt, non immerito, tamquam inanes à grauioribus Viris, reiiciuntur. Nos haud quaquam populi plausum quæritamus, satis habemus, ac super: si pauci silentes introspiciant, & aliquid tãquam stupidi, uel é penitissimis Naturæ penetralibus, vel é remotissimis Cœli adytis erutum admirẽtur. Reliquos vero, ceu indignos, & nostrorum conceptuum ignaros paruipendimus, siue rudi ingenio, seu humili sermone inculti censeamur. Cũ hoc, vel imprimis gloriosum nobis futurum arbitremur, si hæc (qualiacunq; sint) imperitiori multitudini displicuerint. Nec.n. dicendi tãtum gratia, leposue, sapientem hominem reddit. Quin, hoc etiam dedita opera facimus: vt cælata veritate sub amariori cortice locutionis vulgus ignarum, à tantarum rerum lectione absterreatur: quẽadmodum Voarchadúmici: Archicanopíque consueuere, qui Argentum, & Aurum, oleis, vel aquis occultant: quò videntes non videant, & intelligentes non percipiant. Circumspecti negociatores, in ionis, non superficiem, sed clausam substantiam quirunt. Hic etiam non de artificioso verborum nbitu, sed de rebus seriis palma queritur, eò perẽ r quod ea promuntur: quæ non in Gemmis, vel Aere, sed in Auro, vel potius in sempiternis men

tibus, cudēda sint. Quippe quæ cognita, & seru
ta, vere beatum hominem reddant, si rebus age
dis nauiter det operam, non si omnium linguaru
venustate tātum fuerit imbutus. Nos equidē hac
putamus gloriandum, quod meram (licet incom
ptam) veritatē Cabalisticis metallorum, gratior
videamus fore, quā si eadem figmentis eloquent
& vano coloris velamine in publicum peruenis
Cum litera occidat, spiritus autem viuificet. Se
hæc vera essent, fortasse quippiam contra nos me
to dici possent, vnde Aduocati, atque Ducis au
um implorandum est, cuius patrocinio quacūq
libeat ingredi, liber aditus pateat. Atque ne diut
moremur, en ATLOBELLVS AVERO
DVS, nobilis Brixianus, Dei, & Apostolicæ se
gratia, Poleñ. Episcopus, propontifex optim
En vltro omnibus mysticæ Philosophiæ candi
tis patronus: cuius auspicio, & authoritate, si li
lus hic æditus fuerit, cum apud oēs alios terrar
Dominos, tum præcipue apud VENETORV
DVCEM serenissimū, pientissimúmq; SEN
TVM, sine vllo metu reprehensionis, Victor vo
re poterit. Hic Reuerēdiss. Antistes, vt antiqu
mam gentis AVEROLDAE nobilitatem, vt
plissimam totius corporis dignitatem prætermi
mus, qua sic eminet, vt vel procul intuenti terren
Numen, non, hominem præ se ferat, diuino e
genio, & ad promerendam semper nouam gr
am comparato. Incredibili morum suauitate,
hæc obuia, atque expetita omnibus comitate:

ſit, vt quocunque ſe vertat, omnia protinus hilareſcant. Quo certior ſpes, maiorque fiducia eſt nobis propoſita impetrandi, quod oramus. Oramus autem, Reuerendiſsime Pater, Vt quãto longe, lateq; tua ſacroſancta polet authoritas, opus hoc noſtrũ (in lucem ædendum) in tutelam recipias, quo præſidio tuo munitum, tutius in doctiſsimorum Virorum manus veniat. Eſt. n. nobis iampridem exploratum, quod ſi tuo quoq; ſuffragio, tuóq; fauore, ac numine comprobatum, fuerit, extra omnem aleam poſitum, ab omníq; ſecurum inuidia per Vniuerſum terrarum orbem volitabit. Quod ſi tua benignitate, acciderit, Pantheus amplitudinis Tuæ obſeruantiſsimus, quicquid animi, corporiſq; viribus polet, quoad vixerit, Tibi deditiſsimum fore pollicetur. Vale.

Conceſsio.

Edictum leonis .x.

PONTIFICIS MAXIMI.

LEO.PP.X.

VNiuersis:ad quos hę nostræ literæ peruenerint,Salutem,& apostolicam benedictionem.Cum iampridem:sicut accepimus, Dilectus filius Ioannes Augustinus Pantheus Venetus multis lucubrationibus,& vigiliis opusculum de transmutationibus metallicis composuerit, illudq; ad cōmunem vsum edere statuerit: Nos qui viros doctos in bonarum literarum studiis, quantū cum Deo possumus,fouemus:ne is ex tot suis laboribus damnum aliquod incurrat propter impressorum æmulationem,qui alienæ industriæ insidiātur. Verum si qui fructus ex eo percipi poterunt: ii ad eū perueniant efficere volentes:Mandamus,& præcipim⁹ omnibus,& singulis sub excōmunicationis latæ sententiæ:iis autem qui in nostris,& Sāctæ Ro. ecclesiæ Ciuitatibus,& locis degerint; quiq; nobis & eidem ecclesiæ mediatè seu immediatè subiecti fuerint:præterea sub trecentorum ducatorum Cameræ apostolicæ applicandorum:& item sub librorum, quos impresserit amissionis pœnis:ne quis per decem annorum spacium opusculum ipsum imprimere:aut imprimi facere:aut impressum vænundare:vendendumue tradere vllis in locis audeat: præ-

ter ipſum Ioannem Auguſtinum: ſine eius iuſſu & conceſsione. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ ſub Annulo piſcatoris die Vltima Febru. M. D. XVII. Pontificatus noſtri Anno Quatto.

BEMBVS.

Leoni. x. Pontifici maximo: IOANNES AVGVSTINVS Pantheus Venetus ſacerdos perennem felicitatem.


CVm id moris apud antiquos: æque ac recentiores Beatiſsime Pater extiterit: memorabiles mortalium vigilias: præcipuaſq; eorum Lucubrationes: aut ſi quid accuratius literarum monumentis mandarunt: Regibus, Imperatoribꝰ aut Summis Pōtificibus muneri offerri: tanquam benemeritis earum Cenſoribus: optimiſq; laborum ſuorum Protectoribus, vt Virtus inde laudata non mediocre ſumeret incrementum. Haud eſſe a ratione alienum duximus, Libellum, quem nuperrimè de Metallorũ Metamorphoſi ex omnigena Philoſophorum lectione congeſsimus ad publicæ vtilitatis commodum Faſtigii

Pontificii tibi dicare Moderatori. Tanta nanq; in te est virtutū omnium copia, amplissimumq; Orthodoxæ religionis imperiū, & moderamen (silem⁹ præclara tuorum gesta nulla oratione satis explicanda) vt veluti Sol inter sidera, omnia nutu tuo facilè disponas, & modereris, Oīsq; perscrutatorū arcanorū Caterua te vnicū Virtutū, morumq; omiū Parentē, ac Mecœnatē prædicet, & veneretur, Eamq; nostræ lucubrationis farraginem esse voluimus, vt synceram arcanæ Metamorphoseos Metallorū veritatē cōtineret, & iniquitatis fallacias, operisq; īcredulitatē ab ipsis occultorū īdagatoribus amoliretur. Quod per q̄ facilè patebit, si quispiā æquo aīo secretiores eius sēsus perscrutabitur, eāq; in scribēdo seriē seruauimus, vt solis arcanorum Scrutatoribus, & Sapientiæ filiis benedictus Philosophorum Lapis, non Lapis, immo incōparabilis Thesaurus innotesceret. Idēq; malè cogitantibus, & ignorantiæ nubilo delitescentibus occultaretur, tanquā præclarū Dei munus rarissimis collatū mortalibus. Hinc cognoscant volui m⁹ quanto in errore plæriq; inuoluātur, plurima Sapientum scripta falsò interpretantes, qui solam verborū superficiem, & simplicem literæ sensū ferè attingētes, quod sub ipso cortice Arcanū cōtineri Sapiētes voluerunt, penitus neglexerunt. Quamobrē qui perperā ac nimis superstitiosè eadē sectati sunt, iam verū callē se non ꝓsequi, sed per deuia longe aberrare, amittētes tēpus, & oleū (vt veteri adagio dici solet) intelligant. Verū nullū Diuitiarū incōmodū, nullūq; tēporis dispēdiū passuri sunt, qui libellū

(quantuluſcunq; ſit)noſtrum diligenti cura lectitauerint,optimèq; calluerint.Donumq; ex cœleſti liberalitate(ſi quem Fata vocant)Aurei rami in opacisſima arbore latētis conſequentur.Quo ſane auulſo,non deerit alter Aureus, immo longè precioſior. Nam ſimili ſemper frondeſcet Virga metallo. Hunc igitur Sapientiæ filii dié noctuq; perſcrutentur,totiſq; ingenii viribus occultiſsimum Naturæ Myſterium proſequantur,idemq; Chriſtianæ pietati conſecrare ſtudeant. Tu itaq; Pater Beatiſsime,quem Deum mortalem in terris, & immortalem Hominem in cœlis eſſe credimus, ac veneramur, labores noſtros hilari fronte ſuſcipe, tanquam Clientis tui tibi deditiſsimi Primitias, quas ſi nō diſplicuiſſe cognouerim⁹,ad altiora ſcrutanda Naturæ Myſteria benigniſsimis tuis auſpiciis protecti,& concitati, annuente Deo optimo maximóq; accingemur.Interim cū venuſino Vate Beatitudinem tuam alloquamur.Serus ī cœlum redeas: diuq; Lætus interſis populo quirini.Quo triſte nihil ſoſpite timendum eſt.Vale Pater Beatiſsime vni cum Orthodoxæ fidei Decus:& Præſidium.

Quamuis silentio nostram incultam indaginem potius præterire debuissem⁹: quam talis, ac tam admirandæ metallicæ mixtionis verbum aliquod loqui, monētibus antiquis patribus: Nolite arcana propalare mortalibus. Attamen annuente causa prima: trutinata immensa supernaturali: ac omnibus fere occulta materia, non sine optimis institutionibus a primæ Causæ inspiratione iamdudū acceptis: quibus omnia nos debere fatemur. Operæ precium duximus subumbraculo Solaris reflex⁹ compendio veritatem ostendere: & grauissimam hanc transmutandi metalla prouinciam electis penit⁹ elucescere. Verum quia sub ænigmatis pallio fortasse delitescere virtus illius videbitur (vt par est) id cognoscatur, velimus: nec alia de causa appositum fuisse Schema, nisi propter Ingratos, Indignos, Sontes. Alienigenas, Prophanos, Adulatores, Apostatas, Anathematizatos, Maledicos, Infideles, & tristes Hypocritas. Totum nunc rectè: & breuiter: & apertè dicetur. Cum copiosius in portione Diuisionis: & in Speculo nostræ mentis intuitus narretur. Vt Lucentes lux aduenlens in luce clarificet: & Aberrantes hac accedente luce emendentur: & compotes gratiæ dono fruantur vnitate.

ARTIS METALLICAE SCHEMA.



EXPOSITIO LITERARVM SCHEMATIS.

יוחה. חמל וושאר

Conditor omnium rerum Deus sua maxima omnipotentia ex Hyle creata Cœlos, & Terram formauit. Et ex limo ipsius Terrę plasmauit Adam, ac factum transtulit in paradisum. Ibiq; de costa: non de capite: nec de pedibus Adæ dormiētis Euā illi sociam extraxit. Eua postmodum a calido serpēte decepta: Adam delusit: quo pariter postea fuerūt a Paradiso eiecti.

πτεαγράμματον

ὕλη

MOTVS ET ALTERATIONES ARTIS METALLICAE.

Acceptum prodi non debere in arcanis arcanorū legitur: tamen literas, siue elementa A V: & E dicimus esse Mixtiones æquales Materiæ, Formæ, & Medij dispositiui. C: vero Primum motū. i. Occisionem: Corruptionem: Calcinationem, vel putrefactionem. G: secundus motus est: & est Generatio. H: vero tertius motus videlicet Augmētatio. D: dicitur Disiunctio, Diminutio, vel Separatio: & est quartus motus. F, & B, sunt elementa alterantia: quæ dicuntur Fixio: Beatificatio: & Vita.

א

α πτεαγράμματον ὕλη


VNITATIS METALLICAE SERMO.

In principio est omnipotentia: Naturarum Natura: Temporum tempus: Dominus æthernus: vniuersalis: supernus: & est vnus solus Deus. Solus


חוה

Pater:Filius:Spiritus sanctus:& Trinitas vna.
Sola vnitas:Substātia:Diuinitas:Gloria:Ma-
iestas:Essentia: Exemplar: Thronus:Taber
naculum:& Totum.Tonꝰ:Ditonꝰ:Tritonꝰ,
Diatessaron:Diapente:Diapason: & Armo-
nia.Hyle:Circinus:Pūctum:Linea: Metros, חֹמֶר·
Diametros:Circumferentia:Triāgulus:Qua ראש
drangulus:Pentangulus:Sexangulus:Septan- ון
gulus: Octangulus: & Nonangulus. Nume-
θεῖον ἀρ rus:Vnꝰ:Duo : Tres:Quatuor:Quinq;: Sex. גּ
γύριον, Septem:Octo:& Nouem.Caritas:Intelligen
ζωτικόν tia:vniuersalis Animarum:Corporumq;:Ca פְּרִית.
ἕνωσις pacitas: Cælorum vniuersalis Operatio:Pu-
τῶν πνευ ritas:Simplicitas:Ignis:Aer:Aqua:&sola Ter כֶּסֶף
μάτων ἐν πρᾶγ ra.Solum Chaos: Elementorum mixtio: A- חַי
μα. byssus,Tenebræ:Lux:Dies:& Nox. Solum
Firmamētum:aquarum Separatio:ac Cōgre
gatio. Terræ Apparitio,& Virtus generati
ua. Solum Sulfur: Argentū viuum: spiritū הִתְאַ
Vnio:& Res vna sola. Solus Sol:Luna:Stella חָרוּד
rum congregatio: Signorum: Dierum: Men הָרוּ
sium:ac Annorum Ordo. Sola Præceptorū
series:Virtutum:Sacrificiorum, animalium: .הוֹת
vegetabilium:& metallorū Cōgregatio. Solꝰ דָּבָר
Motor:Vita:Trāssubstantiator: Prima causa
Medium, & Finis. אֶחָד.

ARTIS METALLICAE ELEMENTA. .ת



PRIMARVM QVALITA-
TVM METALLORVM.
SCHEMA.



TErminatio, recipientium est mutatio naturarum receptarũ per ineffabilem mixtionem calidi. i. Ignis cũ Frigido: humidi. i. Aquæ cum Sicco dispositione perpetua. Hæc perpetua dispositio est fumus albus: & est Aqua albificans indicum lapidẽ, vt ait Maria. Hæc res est aqua albificans indrademum lapidem. i. indicum. Et ista aqua est aqua viua, quæ sicca dicitur, vt omnes asserunt. Et est Argentum viuum Sapientũ, de quo dixit Hermes, Custodite hoc Argentũ viuũ coagulatũ, quod est in intimis thalamis, in quib⁹ coagulatum est. Ipsum enim Argentum viuum est de CORDE SATVRNI, & est secretũ Scoliæ, & dicitur Terra residua. Qui igitur verba audit, ipse inquirat. Sed testamur per illum, qui nullius malè perpetratum opus iustificat, & nullius rectè ac benè exaratum condemnat, ꝙ omne quod cælauimus de hac sapientia, iam deteximus, & maximum arcanũ, scientiam & intellectum habentibus patefecimus. Qui vult ergo proficere in hac sapientia, oportet istam admirabilem mixtionem, seu arcanum maximum componere et postea ipsum mutare de natura in naturam, Luca sic dicente in Turba. Plurib⁹ rebus non indigetis, nisi vna tantum. Et ista res vna in vno quoq; gradu operum nostrorum in aliã vertitur naturam. Nam vt testatur Geber, Ars talis nõ consistit in pluralitate rerum, cum dicit. Est. n. La-

סַם בְּלִים

ἀναλαβὸν των

pis vnus, Medicina vna, in quo magisterium nostrū consistit, cui non addimus rem extraneam aliquam nec minuimus, nisi ꝙ in præparatione ei⁹ superflua remouemus. In vna ergo re consistit totum magisterium istud. s. in Argento viuo. Et hoc expresse dicit Alphidius filio suo. Scito fili, ꝙ hic lapis, qui est radix, de quo omnes Sapientes tractauerunt, Argentum viuum est. Et est quoddam Argentum viuum Albi coloris, & plusquam speculum splendēs. Item fertur in Turba. Initium totius operis est albedo. i. Argentum viuum. Ruborq; succedit. Notetis ergo ꝙ Acetum, Agnus, Aibachest, Albedo, Alborach, Album plumbum, Anima, Aqua, Aqua albificans, Aqua grauis, Aqua mercurialis, Aqua mundificata, Aqua sicca, Aqua talchi, Aqua viua, Aqua viscosa, Aqua vitæ, Aqua vrinæ, Argentum viuum sapientum, Argentum viuum coagulatum, Argyrion zotichon, Arsenicum, Auripigmentum, Azoch, Cain, Cambar, Caput corui, caspachaia, Cœlum, Chesseph hai, Cor saturni, Compar, corpus album, corpus contrarium, Filius, Fumus albus, Gumma. Hermaphroditus, Hyems, humiditas adustiua, Humiditas aquosa. Inimicus, Lapis vnus, Magnesia, Medicina vna, medium dispositiuum, menstruum, MERCVRIVS, Occidēs, Ollus, Ouū, Phlegma, Plumbum, Primus, punctum, radix, Saturnus, secretum Scoliæ, Senectus, Serinech, seruus fugitiuus, socius, Spiritus, stagnum, Sublimatum, succus, sudor Solis, Terra residua, Ventus, vespera, vrina puerorum, vultur, Zibach, & Ziua, idem signifi-

Notandum.

☿

ficant. Quorũ omniũ, & multorũ aliorũ nomina ꝓlixitatis vitãdæ gratia omittimus. In compositione autẽ hui⁹ admirabilis mixtionis, seu maximi arcani, oportet nos sequi naturã. Nam (vt ait Geber) natura ꝑ se agit. Nos aũt oportet tria scire, videlicet quid ẽ natura, quot sunt naturæ, & qualiter natura operat̃.

Secundum autem Aristotelem secundo physicæ auscultationis, Natura sic diffinitur. Natura est Principium, & Causa mouendi, & quiescendi in illo in quo est primo, & per se, & non secundũ accidens. Item secundum Auctorem perfecti magisterii. Naturæ, & complexiones primarum qualitatum sunt quatuor, videlicet caliditas, & Siccitas, vt in Igne. Caliditas, & Humiditas, vt in Aere. Humiditas, & frigiditas, vt in Aqua. Frigiditas, & siccitas, vt in terra. Omnes autem istæ cõplexiones inæquales sunt, nec est vlla istarum, quam quærimus. Nam nos quærimus æquale, de quo dicit Ioannicius, ꝙ æqualis mixtio est vna, quando cum moderatione incolume dicitur corpus. Notetis ergo, ꝙ dicit cum moderatione. s. prædictarũ naturarũ, videlicet caliditatis, humiditatis, frigiditatis, & siccitatis. Nã quãdo aliqua istarũ naturarũ aliã non excedit, tunc dicitur corpus æquale, quia tantũ est de vna, quantũ de alia. Item notetis, ꝙ incolume dicitur sanũ, vel mũdum ab omni causa corruptionis. Et scd̃m Geber. Stagnum est plumbum purissimum, & est in eo æqualitas fixionis, vel spissitudinis duorum cõponentium argenti viui. s. & sulfuris, non autem æqualitas, quantũ in mixtione argentiviui. Itẽ Hermes inquit.

Notandum. Notandum.

Filii Philoſophorum corpora ſunt ſeptem, quorũ primus eſt Sol, eorum optimus rex, & caput, quod nec terra corrumpit, nec res comburens comburit, nec aqua alteratur, eo ꝙ complexio eius eſt temperata, & natura directa, ĩ Caliditate, Humiditate, Frigiditate, & Siccitate. Nec in eo quid ſuperfluum eſt, vel diminutum. Et ideo Philoſophi prætulerũt ipſum, & magnificauerunt, & dixerunt, ꝙ ſic ſe habet Sol in corporibus, quemadmodum Sol in Stellis. Suo.n.lumine, & ſplendore omnia commutabilia germinat, & omnes fructus perficit nutu dei. Quid plura, ſi ad hoc peruenire poſsimus? Habem' proportionatum ferè totũ iuxta Socratem dicentẽ. Iam ergo Albi plumbi diſpoſitionem vobis demõſtraũi, quo genito nihil aliud eſt, ꝗ opus mulierum, & ludus puerorum. Item notetis, ꝙ Ingreſsio. Summerſio, Coniunctio. Connexio, Complexio, Compoſitio, & Mixtio, idem ſignificant in hac arte. Nihil.n.ingreditur, ſummergitur, coniungitur, connectitur, complectitur, componitur, quãdo miſcetur. Ergo videamus quid ſit mixtio, quia ipſa cognita per diffinitionem omnia alia cognoſcentur.

Notandum.

Secundum ergo Philoſophum primo de generatione. Mixtio eſt miſcibilium alteratorum per minima coniunctorum Vnio. Notetis miſcibilium. i. elemẽtorũ. Nam ipſa ſunt prima principia vnius cuiúſq; mixti, nec ipſi' mixti manifeſtam, nec occultam ſcire poſſumus naturam, niſi ſciamus ipſa elementa commiſcere, ſeu componere, Vnde Hermes dicit. Intellige fili quatuor elementorum ſcientiam, quæ

Notandum.

suis posita sunt rationibus in sua abscondita apparitione, Eorum.n.abscondita apparitio, nequaquam significatur nisi componatur, eò ꝙ non perficiuntur donec sui colores peragantur. Notetis etiam per minima.i.per indiuisibilia. Nam si quid posset diuidi, non esset minimum, cum omnis pars minor sit suo toto. Apparet ergo ꝙ per minima.i.per indiuisibilia fit mixtio Elementorum. Et ꝙ Elementum sit minimum corporum apparentium, patet per diffinitionem eius. Elementum enim minima particula corporis est. Notandum.

TErtio, videamus qualiter operatur Natura. Et certe quatuor modis.s.secundũ quatuor mot⁹, qui sunt Corruptio, Generatio, Augmentum, & Diminutio. Alteratio.n.est secundum qualitatẽ mutatio. Agit ergo natura corrumpendo. Sed quia Corruptionis multæ sunt species, tentemus solum de vna, quæ vertitur in propositum nostrum. Et certe vna est Putrefactio. Vnde Hermes ĩ allegoria sua. Scitote, ꝙ artis origo est caput Corui, qui in nigredine noctis, & in claritate diei sine alis volat, & amaritudine nostra in suo sanguine exeunte coloratio accipitur, & a suo dorso mera accipitur aqua. Non est aliud caput Corui, nisi nigredo noctis. Quia sicut ista sunt nigra, & obscura respectu diei, sic corpus putrefactum respectu corporis mũdi, ꝙ ex putrefactione oritur, seu per nostrum artificium extrahitur. Sed cuius coloris debet esse istud corpus mũdum? Certe albi coloris. Vnde Hermes. Scitote rumorum inquisitores, & Sapientiæ filii, ꝙ Vultur sũ

pra montem extensum in cacumē voce magna clamat, inquiens. Ego sum Albus nigri, & citrinus albi: & Rubeus citrini, veridicus sum certè, & non mentior. Notetis ergo albus nigri. Nam ipsū albū, ex nigro extrahimus. Itē Alphidius. Argentū viuū quod ab eo. s. corpore nigro extrahitur, est humidū, albū, a corticib⁹ mundū, ne opus pereat. Viso ergo q̄ primus motus naturæ est putrefacere, videndū est qualiter fit. Et vt perfectè sciam⁹ facere, oportet nos habere cognitionem principiorū tam naturaliū quam Artificialiū. Nam qui principia ignorant, finem nō inuenient.

Notandum.

PRimum ergo principium naturale est materia, seu causa materialis terræ, aquæ, ignis & æris, sub nutu dei, vel Marthek, q̄ græcè neusi theu dicitur, & Hebraicè rec on heloim, positis in literis, & numeris: notatis per lineam perpendicularem vt infra, ac diuisis per æquales, & inæquales partes, tali videlicet modo.

N . . 13
V . . 20
T . . 19
V . . 20

. . 72

D . . 4
E . . 5
I . . 9

. . 18

. . 90

. . 9
. . 2

. . 18

. . 9
. . 8

. . 72
. . 18
. . 90

Putrefactio. 42
Generatio. . 30
Alteratio. . 18
. 90 .

M . . 12
A . . 1
R . . 17
T . . 19
H . . 8
E . . 5
K . . 10

. . 72

D . . 4
E . . 5
I . . 9

. . 18

. . 90

. . 9
. . 2

. . 18

. . 9
. . 8

. . 72
. . 18
. . 90

N	50	200	ר
E	5	90	צ
Y	400	6	ו
Σ	200	700	ן
E	5		
I	10		
	670	996	
		1	א
Θ	9	30	ל
E	5	5	ה
O	70	10	י
Y	400	600	ם
	484	646	
	1154	1642	

Putrefactio. . 539
Generatio. . 386
Alteratio. . 229
. 1154.

Putrefactio: . 772
Generatio. . 544
Alteratio. . 326
. 1642.

4. SEcundum est Calor id est Ignis alienus, qui est instrumentum mouens ipsam materiam ad putrefaciendum, & non aliud agens in mundo. Vndè inquit Alphidius. Scito fili, ꝙ substantia agẽs in hoc toto mundo est vnum. s. Calor. Calore enim sublato, nullus omnimo motus est. Mot⁹autem est actus, ideoq; dispositionis, & operis radix calor est. Sed cum multi sint gradus calorum, siue Ignis, videamus quid sit iste, & in quo gradu est.

ET certe Ignis, siue Calor, ẽ Ignis siuè Calor Intẽtisim⁹, sic testãte Maria. Mensura Ignis tui esto sicut Solis in diebus Iunij, & Iulii. Et vocatur Fimus equinus, vt inquit Alphidius. Igne coquitur: quod tibi ostendam. Et est calidus, & siccus in quarto, cuius proprietas est augmentare siccitatẽ, condensando humiditatem. Nam sicut Ignis Fimi augmẽtat frigidum, & humidum propter suam frigiditatem, & humiditatem, quæ prohibetur: Ita fortitudo Ignis calidi, & sicci, siccitatem disponit, naturam humidam in naturam siccam (vt scitis) terminando. Huic autem non assimilatur alius in mundo

6. nisi Naturalis, qui est Ignis Solis in visceribus terræ Visis igitur principiis naturalibus, videamus Artificialia.

PRincipia Artificialia sunt instrumenta, in quib⁹ perficitur ista putrefactio. Et Primum est CARAHA: Secundum est ALVDEL. i. Vẽter equi: in quo debet poni materia: de quo Vincẽtius dicit. Solutiones corporum & spirituum, instrumẽta sunt multa: vnum tamen dicitur Venter equi. Et

fit duobus vasis: quorũ alterũ, ẽ Aludel & in ipso Materia ponitur: statque in Fornace: & subtus nutritur Ignis: vt buliat. Auicenna dicit, ꝙ istæ dispositiones non possunt fieri nisi in vase duplici cognito, quod vas est Venter equi supra hominatus. Itẽ cum diffinitio sit omnino quid esse rei significans, videamus quid est putrefactio rei, vt melius cognoscamus eam.

S Ecundum autẽ Ioanniciũ. Putrefactio est corruptio substantiæ rei ex vaporum retẽtione. Si.n. dispergat per ærã, non putrefit. Quare debet aludel sic adaptari, ne respirare possit. Vel potest aliter sic diffiniri, Putrefactio est substãtialis humiditatis corruptio ex indigẽtia caloris naturalis, superabundante calore alieno artificiali exterius agente. Notetis calore alieno superabundante. Nam ipse calor alienus est instrumentum agẽs, seu perficiens putrefactionem corruptione humida.

Notandum.

Sed per quem modum facit hanc corruptionem calor? Respondemus. Calor calefacit rem sibi superpositam, & calefaciendo facit euaporare humiditatem, qua humiditate omnes partes siccæ terreæ continuabantur, & faciebant vnum corpus continuum & vnam rem, & ita calor corrumpit, & putrefacit ipsam rem, sicut videtur in ligno in igne posito. Nam fortitudo caloris ipsius ignis, facit euaporare a ligno Aquam, & Oleum, mediãtibus quibus lignum primo erat corpus continuum, modo post separationẽ Aquæ, & Olei, remanent cineres, & partes siccæ ex toto discontinuatæ, & pulverizatæ. Et propter istã

similitudinem, putrefactio vocata fuit cinis a Philosophis. Vnde rectè inquit hermes. Ne argentum viuum negligentiæ tradas, nigrũ cinerẽ dealbat, & ꝑ sapientũ ignẽ fit opus. Ideo vocata fuit etiam calcinatio. i. Putrefactio, ꝓpter eandẽ similitudinem. Nã sicut fortitudo ignis priuat lapidem sua humiditate & de ipso facit calcẽ, sic putrefactio. Vnde parmenides in turba. Nisi vertatis naturam, eiusq; compositiones, & complexiones sciatis, & bene coaptetis consanguineum consanguineis, & primũ primo, in conuenienter facitis, nec quicquã operamini, eo ꝙ naturæ cũ suis consimilibus naturis consequentur eas, & lætabuntur in eis. Nanq; putrescũt, vel disiungũtur, eo ꝙ natura naturam regit, quæ ipsã diruit, & in puluerẽ vertit, & in puluerẽ deducit. Apparet ergo, ꝙ per putrefactionem res destruitur, & in nihilum deducitur, sicut lapis per calcinationem. Viso igitur quid est putrefactio, & qualiter fit, videamus signa per quæ possumus cognoscere quando erit perfecta, & quando non.

Duo quidẽ sunt accidentia principalia, per quæ possumus cognoscere ipsam esse factam, aut non. s. Color, & tactus. Color. s. Niger, tact⁹. s. Põderosus. Vnde auctor perfecti magisterii. Plumbum in sua altitudine est plumbũ, & argentũ, frigidũ, Siccum, terreum, melancholicum, nigrum, marcidum, fœtidum, ponderosum, & fœmineum. Ex iis ergo apparet, ꝙ putrefactio tunc est perfecta quando est nigra, & ponderosa. Item notetis, ꝙ argentum nostrum, Calcinatio, Incineratio, Me- Notandum.

lancholia, Nigredo, Nox, Putrefactio, Prægnatio, & Sputum idem significant. Sed quid remanet corruptum post Putrefactionem? Respondemus. Substātia formæ, quæ ante putrefactionem erat in potentia rei introducta ex proportione Elemētorum, ex quibus erat composita. Quia materia non ita corrūpitur, vt penitus annihiletur, seu ad nihilum reducatur, cum elementa destrui a nobis non sit possibile, sed Essentia, & Forma, quam ex mixtione susceperant, bene penitus annihilantur. Nam totum integrale (puta domus) consistit ex suis partibus integralibus. Destructa vero, seu disiuncta vna parte a loco suo, quem locum prius habebat in toto destruitur forma, siue Essentia totius domus, & tamen remanent Lapides, Ligna, & Fundamenta, ex quibus cō stabat domus. Sic etiam in proposito nostro. Nam separato humido a loco suo, quem habebat in com mixto elementari, tanquam pars integralis in toto, & hoc per calorem eleuantem ipsum, & separantē ab aliis partibus, annihilatur penitus forma, & essentia ipsius mixti. Substantia tamen humidi non annihilatur, nec potest annihilari. Sed contra. Nonne si ponamus ollam plenam aquæ ad ignem, per virtutē caloris cōsumetur, ita q̄ nihil remanebit? Certe sic. Ergo substantia eius penitus annihilatur. Respondemus. Quod Aqua habet substantiam valde subtilem, & raram. Item habet contrarias qualitates penitus qualitatibus ignis. Nam Caliditas ignis frigiditati aquæ opponitur, & siccitas humiditati. Cum ergo caliditas ignis frigiditati aquæ aduenit, pugnant in-

ter se: & si caliditas vincat aquæ humidi frigiditatē, intantum subtiliat, & ratificat substantiam aquæ, ꝙ transmutat eam in substantiam Aeris. Nam Aer generatur ex Calido ignis, & Humido aquæ. Et Terra ex Sicco ignis, & Frigido aquæ. Vndæ Morienus. Quatuor sunt Elementa, quorū duo sunt principalia, & summoperè contraria, vt Ignis, & Aqua. Alia vero duo generantur ex istis, vt Aer, & Terra. Hoc etiam declarat Albertus optimè in libro perigeneseos. Item videmus nubem pluuialem virtute calorum sursum ascendere, & contra naturam suam eleuari. Nam Aqua de natura sua semper deorsum petit: tāquā graue, & cum venit ad locum perpetui frigoris, in quo frigiditas superat caliditatem, tunc nubes cōuertitur in Aquam virtute suæ frigiditatis inspissantis, & conuertentis substantiam nubis in aquam, & ita generatur pluuia. Et etiam cum ventus borealis, cuius natura est frigida, & sicca, obuiat australi, tunc si frigiditas borealis superat caliditatem australem, condensatur, & cōgelatur nubes, & hæc aliquoties in Aquam conuertitur, aliquoties in grādinem, aliquoties in niuem. Ex quo apparet, ꝙ substantia Elementorum non potest annihilari, sed recipit transmutationem, cum natura vnius naturam alterius superat.

SEcundus autem motus naturæ est Generatio. Cum Corruptio vnius, est Generatio alterius, Philosopho teste primo de generatione. Et est imposibile materiam esse, quæ non sit sub aliqua Forma, primo physicorum. Nam quando agens de

struxit mixtionem primam, seu proportionem elementorum, quæ faciebat rem esse sub prima forma, statim introducit aliam. Et quæ forma est illa? certe corporis corrupti, quod vocatur a Sapientib⁹ huius artis Saturnus, vel plumbũ, vel æs propter suã nigredinem, & immunditiã, a qua nigredine, & immũditia debet fieri mũdatio. Vnde inquit hermes. Hoc fili noscas, ꝙ nisi quis sciat ducere prægnationem, facere generare, mortificare, & species viuificare, lumen inducere, ac mundificare, quousq; igni purgentur, colorentur, & a maculis vltimis mundificentur, velut a nigredine, & tenebris, nihil fit. Si autem hoc quispiã fecerit, maioris dignitatis erit possessor, vt reges eũ venerentur. Item alteratio est mutatio secundũ qualitatem facta ex quadã materiæ locali permutatione, qui quidẽ mot⁹ cõtinet in se prĩcipalia huius magisterii, de quibus dicit geber, Sunt itaq; huius artis principia modi operationum ipsius quibus applicatur Artifex ad hoc magisterium, qui quidem ad se inuicem sunt diuersi. Est.n. vnus modus sublimatio, & descensio alter.i. secundus. Et vnus est distillatio.i. tertius. Et vnus ex modis est calcinatio.i. quartus. Et alius solutio.i. quintus, sextus, coagulatio, septimus vero, Fixio. octauus demũ est, cæratio.

PRimus ergo modus fuit sublimatio. Et causa inuentionis eius fuit, quia non nouerunt antiqui Philosophi, nec nos, nec qui post nos venturi sunt, aliquod ꝙ vniret corpora nisi spirit⁹ solos, vel ꝙ naturam spiritus, vel corporis in se contineat, sed

hos proiectos super corpora sine illorũ mundatione, viderunt non perfectos colores dare, vel ex toto corrũpere, denigrare, aduertere, & defœdare. Notetis ergo, ꝙ dicimus sine illorũ mundatione. Igitur mundatio debet fieri. i. ista a nigredine, & tenebris. Et ita sentit hermes. Sed quid est illud, ꝙ parit istã nigredinem? certe humiditas aquosa, & adustiua. Vnde auctor trium verborum dicit, ꝙ humiditas adustiua est fumus aquosus, de quo dicitur, humiditas aquosa, & adustiua corrumpit opus, & tingit in nigredinem. Verum humiditas illa, quæ parit nigredinem, impedit albũ fumum, quo deficiente aurum archimiæ non fit, Morieno itaꝗ testante. Nisi fumus albus fuisset, aurum archimiæ non fuisset. Item de hoc idem. Nota, ꝙ de fumo albo interrogasti, scire te conuenit. Fumus albus est anima, & Spiritus illorum corporum, quorum animas iam extraximus, et iterum eas suis corporibus coniunximus. Ista ergo Anima suum corpus ingressa dealbat ipsum, et mũdat ab omni nigredine. Vnde parmenides in Turba. Scitote, ꝙ si superficies dealbatur intrinseca eius dealbantur, & si superficiem æris dealbauerit, intrinseca eius dealbabuntur. Item lucas. Argento autem viuo gubernato omne corpus dealbatur, & natura naturam conuertit. Notandum.

SIccũ ergo & humidum accipite, & extrahite fumũ albũ ab ipsis, & custodite ne pereat. Sed qualiter generat̃ iste fum⁹ alb⁹? certe̾ p putrefactionẽ, & mũdificationẽ. Primò materia corrũpit̃, fitqꝫ per calorẽ ignis separatio vnius fumi adustiui, qui

tigit in Nigredinem ab isto Fumo albo, qui erat antè mixtus sibi in prima materia, sub vna forma tamē & ita recipit mundationem vnam per ignem. Nam alteram postmodum recipit per artificiū nostrum. s. per Sublimationem, & Distillationem, vt infra. Et hoc est, q dicit Hippocrates in aphorismis. In perturbatione, & vomitu, qui sponte fiunt, si qualia oportet purgari, purgentur, bene erit. Si vero non, econtra. Quod sic exponimus. In perturbatione vētris. i. Putrefactionibus, quæ fiunt in Aludel. Et vomitibus, qui sponte fiunt. i. Sublimationibus, & Distillationibus, quæ fiunt in Caraha ascendendo sursum sicut est vomitus. Si qualia oportet purgari, purgentur, bene est. Si non, male. Ex iis ergo apparet, q si bene sciamus facere Putrefactionem, quæ est turbatio Elementorum, seu Deligatio, vel Mundificatio, & bene per Sublimationem, & Distillationem separare hoc ab hoc. i. purum ab impuro nobis bene erit, & si non, male. Et notetis, q adhæret pars vna fixa cum fecibus, quæ nunquam per Ingeniorū genus aliquod separari ab illis posset.

Notandum.

A. ET cum Fumus ille fuerit mundus, & albus, tūc erit aptus ad coniungendum cum suo corpore, vt diximus supra, aliter non, vt scitis. Vnde inquit Morienus. Si quis animam extraxerit, & eam sursum ascendere fecerit, & ab ea omnem nigredinem, & fetorem abluerit, postea cum suo corpore coniunxerit, & demum mortificauerit, videbit maxima mirabilia in mundo. Visa igitur generatione

b. illius Fumi albi, qui fit per separationem Fumi adu-

ſtiui ab eo in putrefactione, & mundificatione, videamus illam quæ fit per ſublimationem, & diſtillationem. Et primo videamus, quid eſt ſublimatio, & quare fuit inuenta.

SVblimatio.n.eſt rei ſiccæ per ignem eleuatio cũ adhærentia ſuo vaſi. Cauſa autem inuentionis eius fuit mundatio ſpirituum, aliter impoſsibilis eſt, vt iam dictum eſt ſupra.

DIſtillatio vero eſt putrefactæ liquoroſæ rei a fece ſuæ turbulentiæ ſeparatio, & hæc fuit generalis. Specialis autem fuit inquiſitio aquæ puræ, ita vt corpus ſolutum poſt ipſius aquæ reſolutionem non poſsit infici, nec corrumpi.

DIſtillationem vero pluribus ponimus modis. ſ. per manicã, & cineritiũ. per manicam, n. ſic. Fiat furnus diſtillationis in quo primo colloce tur carbo, & coaptetur ei bene, & poſtea ſup carbones accenſos ſubſtantia diſtillanda ad ſpiſſitudinem vnius digiti, & deſuper etiam carbones vſq; ad ſummitatẽ furni, & dimittatur operari quouſq; totum diſtilletur. Modus vero alius per cineritium ſic fit. Colloceť ſubſtãtia ĩ fouea cineritij, ac deſuper ligna accẽſa, & permittať operari quouſq; tota munda exeat. Prima aũt diſtillatio maior eſt q̃ ſcđa, quia manica acuitatẽ caloris plus infert q̃ cineritiũ. Fit etiã per balneũ arenæ. Et cauſa inuentionis talis balnei, fuit ſubſtantiæ puræ in naturã ſuam extractio. Quoniã per diſtillationẽ primã, & ſecũdã ſubſtantiæ, fuit balnei Saturni ſola ſerenitas. Viſis ergo modis diſtillãdi, & quid ẽ diſtillatio, accedam' ad feces.

Verum secundum hermetem. In vna quaq; re corruptibili tria sunt consideranda. Primum quod est vtile aqua, secundũ oleum, tertium fex. Tamen nullum istorũ habet esse in corpore isto corrupto, sed confusum, & indiuisum, quod corpus ab aliquibus vocatur hyle, vnde dicitur, Deus creauit primo cælos & terram, quos cælos vocamus sublimationem, terram vero corpus nigrum. Et ex limo istius terræ plasmauit Deus Adam & ex Adam viraginem, quod est corpus nostrum, in quo sunt aliquæ essentiæ corruptionis, quæ prohibentur. Vnde inquit alphidius. Scito fili, ꝙ in libro fit librorum perfectio, & certissimum est opus eis, qui ratiocinantur, iam ergo mandaui tibi quod proponis, videlicet Adam, & prohibui ea, quæ opus corrumpunt. i. Viraginem. a medicis vero vocatur hoc corpus corruptũ massa ptyssanaria, ex qua generatur in stomacho chylus, & ex hoc chylo generãtur in hepate quatuor humores. s. Sanguis, Cholera, Phlegma, & Melãcholia: & ex iis corpus sustentatur, nutritur, & regitur. Hoc idẽ ipsi dicunt per alia verba. Nam natura primo procedit in stomacho dealbando, secundo in hepate rubificando, vltimo in membris subtiliando.

Accipiamus ergo terram rubeam, ac cum sua aqua mundificata in aludel, igne, & ære mediantibus æqualiter coniungamus, vt corpus vnũ viuũ, seu aqua sicca, vel fumus albus fiat per viã putrefactionis. Hæc aqua, seu putrefactio vocata fuit initium operum, & clauis operum per Alphidium sic dicentem. Scito fili, ꝙ intus thesauri non sunt ab

ſconditi, verum in ea ſeruati coram tuis oculis cum domum ingredieris, volo tamen tibi vnam clauem tribuere, quam eorum ſigna voco, ꝙ ſi rationẽ habes, reſiduas tres claues ſcies, & extra hes tua ſcientia ex ea. Porro hæc vna clauis eſt aqua ſicca, quæ ſit per vas ſapiẽtum, & modo putrefactionis. Per iſtam vero clauem incipit opus, & ſit per ipſam poſtmodum extractio reliquarũ trium clauium, & cognoſcuntur. Mixtum igitur ac putrefactum æquatum prædictum, iterum in mundo aludel, nam aliud vas nõ poteſt ignem ſuſtinere, recipiatur. Collocetur q; in furno generationis, ac detur ignis, vt totum illud ĩ marthek deueniat, abſq; aliqua terminatione ignis prætermiſſa, quia motus debet eſſe continuus (vt ſcitis) & non interruptus. Propterea mementote omnia neceſſaria quouſq; totum perficiatur.

TErtius motus naturæ eſt augmentum, quod ſit admodum augmenti lunæ. Nam ſicut per aſpectum ſolis luna incipit illuminari, & poſtea omni die augmentatur lumen eius quouſq; tota ſit illuminata, ſic etiam magneſia incipit per fimum rubificari, donec tota fuerit rubificata. Et hoc dicit hermes in ſecreto ſuo, videlicet vitis ſapientum ſuccus in. 42. diebus extrahitur, eius vinum in fine. 30. peragitur, de cætero ipſum diminuit, trituratio vero augmentat, eo ꝙ luna poſt. 15. diminuitur, & in. 30. augmentatur. Fit etiam hæc coniunctio admodum corporis, & animæ. Nam ſicut anima corpus ingreditur, & continet ipſum, ſic fumus albus corpus ſuum. Vnde inquit Alphidius. Profe-

quente fugienti obuiante ab eis fuga aufertur, & veritas sequitur, & natura cœpit suum comparem vt inimicum, & se ad inuicem continuerunt, & continent, quoniam anima corpus introiuit. Istud punctum est secundũ punctũ martis scd̃m hermetem. Scd̃m vero ordinem est Iouis. In domo cui⁹ posuimus Martem. Et quare ibi appositus fuit, videaẗ particula nostræ diuisionis sub titulo cincritij. c. Res a lapis mũdata. Idem dicit Rodianus cum embryone reducit. Notetis embryon. Embryon. n. est frustum carnis, seu massa, ex qua natura format in matrice fœtum: & disponit omnia mẽbra sua. Sic istud punctum est massa: seu lapis, ex quo totum magisterium perficitur. Item istud punctũ est etiã materia, ex qua omnia metalla ducunt originẽ. Vnde inquit Alphidius. Vt enucleatius intelligas me loquẽtem, volo vt scias de qua materia metalla ducunt originem. Attende itaq;. Aqua grauis, & viscosa in visceribus terræ non habens exitum foras, si prope est Sulfur, eius excocta calore conuertitur in argentum viuum. Et sic Notetis, ꝙ Aqua viscosa, & Sulfur sunt materia omnium metallorum, argenti viui. Hoc idem dicit geber, cum diffinit argentum viuum dicens. Argentum viuum est Aqua viscosa in visceribus terræ Substantiæ subtilis Albæ terræ per calorem temperatissimum vnita totali vnione per minima quousq; humidum contempere tur a sicco, & siccum ab humido æqualiter. Notetis ergo, Aquã viscosam, & Substantiã albã, ꝗ dicimus esse etiã Materiã argenti. Item notetis, per calorem

Notandum.

Notandum.

Notandum.

temperatiſsimum tanquam per inſtrumentum per ficiens ipſum. Item notetis, modum perficiendi cũ dicit, quouſq; humidum cõtemperetur cum ſicco. Item notetis, ꝙ ær, arbor, argentum, Argilla, Argyrion, caſpa, cheſſeph, Conſanguineum corpus. Corpus impropriũ, corpus nigrum, eua, fada, fœmina, Gallina, Giumis, Gumma alba, hypoſtaſis alba, Lignũ, Linea, L V N A, Magneſia alba, Materia, Mater, Maſſaptyſſanaria, Mediũ cælum, Meridies, nigredo, niger cinis: Ouis, Sanguis, Secundus, ſoror, ſubſtantia ſubtilis, ver, virago. virilitas, V nio ſpirituum, vua acerba, & tenebræ idem ſunt. Viſa autẽ mixtione, putrefactione, generatione, & augmentatione argenti viui videamus eius fixionem, quæ fixio fit per diminutionem, quæ eſt quartus mot' naturæ, quæ diminutio dicitur, & fit per decoctionẽ, vt narratum eſt ſupra in præallegato ſecreto hermetis, videlicet. Vitis ſapientum &c. Nam ſicut Luna, poſtquam plena eſt, de die in diem incipit diminui, donec de ipſa nihil appareat, ſic albedo, & illuminatio iſtius corporis ĩcipit diminui per decoctionem, donec tota albedo diminuta ſit, & appareat rubedo per nigredinem, & citrinitatem, quæ penitus apparebit, ſi non remãſit aliquid de illa humiditate aquoſa, quæ mittit albedinem. Si vero remanſit aliquid de illa humiditate aquoſa, quæ mittit albedinem, tũc non eſt facta exſicatio. Siccetur ergo donec deueniat, & tunc bene erit. Et hoc eſt: ꝙ dicit Hippocrates in aphoriſmis. Inanitio, ſi qualẽ oportet fieri, fiat, & confert, & bene erit. Si vero nõ econ

Notandum.

Notandum.

tra. Glossa, Nota Inanitio .i. Exicatio. Itē Hermes. Ponite igni ipsius humiditatem, & in humido ignē habitare facite, qui ignis huiusmodi humiditatis colorem augmētat, & siccitate cōbustionem, donec in finem ducatur .i. perfectū fiat. Item inquit alphidius. Inspice fili: quia scripturus sum tibi librum cuius verba si intellexeris, hanc artem inuenies, si fueris de ijs, qui eam inuenient. Si vero hæc verba non intellexeris, non accedas ad operandum, nisi si incipias tentare, & aquas coquere: quæ putrefaciendo spissantur putrefaciēdi humiditate, vi siccitatis, neq; ipsius, cuius gen' ē duo lapides de genere lapidū, extractum.n. est ex lapidibus, quæ in quolibet anni tēpore generantur. Notetis ergo, ꝙ per putrefactionem fit Inspissatio aquarum .i. Frigidi, & Humidi, & econtra in siccitatis naturam, quod apparet, vt dictum est supra, per putrefactionem, & generationē in secreto. Accipiamus ergo terram rubeam &c. Nā frigidum, & humidum cum incipit alterari, efficitur nigrum, vt carbo. Vnde inquit hermes in allegoria sua. Lapis noster inquisitus caret simili, & est citrinus, aureus, extrinsecus, & intrinsecus. Cum autem corpus eius alteratur, fit nigrum, & tenebrosum, vt carbones. Spiritus autem ab eo ablatus colore est Rubeus. Spiritu autem, & anima sibi redditis viuit, & lætatur, & vides eum ridentem, & hilarem, ac morte carentem. Benedictus igitur sit ille, cuius dispositio sit hæc, qui mortificat, & viuificat, & omnipotens est. Itē hermes in eodē loco. Ego sum album nigri, & nigrum albi. Et sic apparet, ꝙ altera-

Notandum.

tio est ab albedine in nigredinem, & a nigredine in albedinem Et vlteri⁹ ista desiccatio, siue dispositio continuè fiet eius conuersio in caliditatis naturam, quod est in rubedinem, quæ tamen ꝓuenit ex paucitate nigrificandi. Hoc idem dicit rosinus cum dicit, ꝙ ars MARTHEK nõ fit nisi ex STAGNO. Ex quibus potest intelligi, ꝙ vnus est dispositor albi, nigri, citrini, & rubei. Et hoc est, quod dicit alphidius Scito fili, ꝙ in huius maris profundo Margaritæ diuersorũ colorum nascuntur, in quo & hyacinthus diuersi coloris ascendit, & etiam ipsum. s. Marthek colorat corpora per colorem suum. Cum n. fuerit calidum, erit rubeum, cũ vero frigidũ fuerit, erit album, Similiter coloris, & candoris Solis, & Lunæ, & rubeũ est caliditas, & albedo est frigiditas, ĩtellige ergo & obserua. Item notetis, ꝙ rubedo est signum caliditatis, & albedo frigidatis, & istud est Tertium punctũ artis scd̃m hermetẽ, cũ dicit. Tertio mense operatur Mars agens in materia ex sua caliditate, & siccitate diuidit, & sequestrat massam ipsam, & membra disponit. notetis membra. Nam sicut in matrice natura disponit membra ipsius fœt⁹, tanquam partes integrales ipsius fœtus, sic & istud corpus rubeum est pars integralis eleisiris, seu medicinæ. Nam in omni compositione, quæ fit postquã istud corpus creatum est, cadit semper tanquã pars integralis compositionis, vt inferius declarabitur. Itẽ notetis, ꝙ istud corpus habet multa nomina. Vocatur. n. Adam, Aestas, almagra, altum, anima, aries, aurum, cancer. Camereth, cinis tartari, cho-

Notandum.

Notandum.

Notandum.

lera, Corpus proprium, Corpus rubeum, Corsufle, Deeb, Dehab, Ferrum, forma, frater, Fructus, gall°, Gophris, gũma rubea, Homo, Iuuentus, kibrit, Lapis indrademus, Lapis indus, Lapis rubeus, lux, magnesia rubea, mane, Mars, Marthek, Masculus, metros, minera, neusi, nutus, Oleum martis, Oleum in combustibilè, Oleum rubeũ, Oliua, Oriens, Pater, reczon, rubedo, rubinus, Sal vrinæ, Sericon, S O L, Sulfur rubeum, Terra rubea, Tertius, thion, vinum vitellus, vitriolum rubeum, vitrum, Zaaph, & etiam multis aliis nominibus a Sapiẽtibus appellatur, quæ quidem nomina non sunt ei atributa ſcd̃m vnam rationem, seu proportionem. Nam philosophi quivocauerunt eum Adam, æstatem, Almagra, altum, animam: arietem, aurum, cancrum, carmeth, cholerã cinerem tartari, Corpus proprium, corsufle, Deeb, Dehab, Formam, fratrem, Fructum, gallũ gophris, Hominem, iuuentutem, kibrit, Lapidem indrademum, Lapidem indũ, lucem, Mane, Martem, Marthelk, Masculũ: Metron: Minerã: Neusin: Nutum: Oliuã Orientẽ: Patrẽ: Reczon, Sal vrinæ, Solẽ, tertium thion, vinum, vitrum, Zaaph dixerunt hoc ꝓpter suam complexionem. Nã omnia hæc dixerunt quia Calidæ, & Siccæ complexionis sunt. Qui verò vocaueruntipsum Corpus rubeum, gummam rubeam, Lapidem rubeum, magnesiam rubeã, Oleũ rubeum, rubedinem, rubinum, Sericon, Sulfur rubeum, Terram rubeam, vitellum, vitriolum rubeũ, propter colorem rubeum hoc dixerunt. Qui autẽ nominauerunt ipsum ferrum, Oleum inconbusti-

bile, Oleum martis, propter impotentiam fusionis duræ hoc dixerunt. Nam cum hoc corpus per decoctionem priuatum sit vna humiditate, quæ faciebat ipsum fluere, & necesse est corpus siccũ non fluere, ideo vocauerunt id esse ferrum, quia inter alia corpora ferrum dicitur maximè, Fixũ. Sic etiam istud corpus per priuationem humiditatis, quæ faciebat ipsum primò Volatile, modò est necesse, vt remaneat fixum. Nam omnia corpora non fixa figuntur per talem priuationem humiditatis, quæ vocata fuit calcinatio a multis Philosophis. Vnde inquit geber. Calcinatio est rei per ignem purificatio, seu puluerizatio ex priuatione humiditatis partes consolidantis, & fluere facientis: Et causa inuentionis calcinationis spirituum est, vt ibi melius figantur. Sic ergo fit per priuationem humiditatis volatile fixũ, & molle durum. Item fit mutatio de natura in naturã, et aquæ in Ignem secundum naturales Philosophos, vt scribitur in turba Philosophorum. Itẽ mutatio complexionum, vt frigidæ, & humidæ cõplexionis, in calidam, & Siccã, seu Phlegmaticæ complexionis in Cholericam secundũ medicos. Item fit Spirituale corporeum secundum Auctorem perfecti magisterii. Item fit de manifesto occultum secundum Rodianum in libro trium verborum. Itẽ notetis, ꝙ in vno quoq; corpore sunt tres dimensiones. s. Altitudo, Latitudo, & profunditas Philosopho teste primo cœli. Notandum.

Latitudo est illud, qđ manifeste apparet de corpore, & primò subiacet visui nostro,

Exempli gratia. Lapis noster in prima sui creatione est albus, & ita apparet prima facie quia dicimus ipsum frigidú, & humidum (vt est) rodiano sic asserẽte. Lapis noster est aquaticus, quia est frigidus, & humidus, & aqua est frigida, & humida, & humida aqua currit. Ideo iuro per memetipsum, ꝙ verũ est. & talis dispositio dr̃ corporis altitudo.

L Atitudo verò est illius medicinæ dispositio, per quam itur ad profundum, quæ nostra medicina est, & est vita altitudinis, ac profunditatis, tãq̃ mediũ inter duo extrema, seu cõtraria: per quod in extremũ peruenitur, quia impossibilis est transitus de extremo ad extremũ sine medio. Sæpe.n. dictum est, ꝙ lapis noster est humidæ, & frigidæ complexionis. Nam si volumus eum facere transire ad medicinam disponentem, necesse est, vt altera qualitas destruatur in eo. Destruitur autem per putrefactionem. Nam frigidum, & humidũ per putrefactionem inspissatur, & eius humiditas vertitur in Siccitatem, & sic fit trãsitus ad medicinã disponentem, quæ est caliditas, & siccitas, quæ dicitur latitudo.

N Atura tamen a frigido, & humido frigiditatem, & a calido, & sicco siccitatem recipit, & fit terra. Postea verò per calorem excedentẽ caliditatem, quæ remãsit in corpore, fit trãsitus ad contrarium destruendo frigiditatem, & introducendo caliditatem, quæ dispositio dicitur profundum, seu occultum corporis, & hoc optimè patet in libro perfecti magisterii in particula illa. Fer-

rum in sua altitudine est frigidum, humidum, calidum, siccum, cholericum, rubeum, acutum, odoriferum, masculinum, & cætera.

a. Viso demum qualiter argentum viuum trãsubstantiatur de natura in naturam, s. de frigiditate, & humiditate in caliditatem, & siccitatem, Et quia in isto puncto, maior pars Philosophorum incipit loqui. Vt alphidius de minera. Sulfur rubeũ dixit. Notetis, ꝙ minera huius operis est sulfur rubeum, & secundũ Lucam masculinum, cum dicit. Accipite Marthek, & dealbate eum, & cætera. Masculum .n. promulgauit, & plures alij sapientes possent adduci in eandem sententiã, quos in præsentia omittimus breuitatis gratia. Ratio aũt quare omnes ferè initium sumpserunt in isto corpore rubeo, est, quia istud corpus rubeum est principium totius tincturæ, Nec fit tinctura vera sine eo. Vnde rosinus inquit. Sciatis, ꝙ non fuit aliquis qui in hac arte verbũ dixerit a fidelitate denudatum præter hermetem. Cum dicit. Scitote, ꝙ non fit tinctura vnquam, nisi ex rubeo lapide. Item geber de essentia solis asserit, ꝙ Sol creatus est subtillissima argenti viui substantia, & ex substantia pauca sulfuris mundi, & puræ rubedinis fixi, clari, & a natura sui mundati tingẽtis illud. s. Argentũ viuũ. Item idem geber dicit de Sole. Aurum est preciosissimum metallorum, & est tinctura rubedinis, quia tingit, transformat, & illuminat omne corpus, quoniam alumẽ est, & tĩctura vera, & pfectio totius operis diuini, quod Deus electis suis largitur, & nõ aliis, cui sit honor laus, & gloria.

Notandum.

DISPOSITIONES ARTIS METALLICAE.

Fornax:
Caraha.
Aludel.
Gradus.
Tempora.
Ignis alienus.
Terra.
Aqua.
Ignis naturalis.
Aer.
Remotio ſuperfluitatum Elementorum.
Mixtio æqualitatis prædictorum.
Putrefactio Mixtionis.
Generatio putrefactionis.
Augmentatio Generationis.
Diſiunctio Augmentationis.
Ignis Diſiunctionis.
Alteratio Ignis.
Diſtillatio Alterationis.
Ponderatio Diſtillationis.
Cineritium Ponderationis.
Aqua examinationis Cineritij.
Vnio examinationis Aquæ.
Corp⁹ cōgregatiōis vnionis. Aquarū examinatiōis.
Iuſtificatio Vnionis.
Cæmentum Iuſtificationis.
Forma.
Medium diſpoſitiuum. Materia.
Inſertio Iuſtificationis. Cæmentationis

Summarium Artis Metallicæ.



Naturarũ lapidis Metallorum Numeri.

Naturæ primarum qualitatum lapidis prędicti.

Res materiales.

Prima clauis. Et Remotio supfluitatum Elementorum.

Mixtio æqualitatis prædictorum.

Putrefactio.

Clauis secũda. Et primũ pũctũ artis.

Gñatio: Augmentatio: & diminutio.

Clauis tertia. Et scdm pũctũ artis.

Alteratio.

Clauis vltima. Et tertium pũctũ artis.

Minera perpetua. Et fũdamẽtũ artis.

RES PRINCIPALES ET NECESSARIAE, SVBNOTA.

ET si nostro libello apertè, lucidè, & copiose materiã lapidis Philosophici (vt notum est) omnibus demonstrauimus eiusq; regimen etiã vsq; ad consumationem deduximus. Attamen, vt enucleatius, & breuius totum arcanum, & diuinũ mun' aperiamus filijs doctrinæ, tres esse Philosophorum lapides dicimus. Animalem, Vegetabilem, & mineralem. Qui ergo animalem perficere voluerit, exordium ab animalibus accipiat, nec sine eo, cõgruoq; tempore imaginem viuentem procreari posse intelligat. Si verò vegetabilem consequi fortasse peroptauerit, sciat, ꝙ nisi semen in terram cadens mortuum fuerit, solum manebit, & si mortuum fuerit, multum fructum dabit. Verum si mineralem eligere maluerit, non absq; 472.304.272.&.224. sortietur optatum. Itaq; qui habet aures audiendi audiat.

Quoniam ipsum arcanum maximum omnibus benemerentibus notum fieri æquum cẽsuimus. Quicquid enim antiqui Philosophi inuolutum tenebris, & noctis caligine tradiderunt, iam apertè reuelauimus. Si quis igitur ad perfec ionem inuentionis tam admirabilis thesauri omnium maximi peruenerit, per illud maximum Dei nomen mortalibus ineffabile ipsum obsecramus, atq; eum obtestamur, & cõstringimus, vt illum sinceræ mentis probitate inuiolabiliter custodiat, ne filiorum sapientum panes

canibus proijciat.

NOTARVM PRAEDICTA-RVM OSTENSIO.

T . 19	A . 1	I . 9	A . 1
E . 5	Q . 16	G . 7	E . 5
R . 17	V . 20	N . 13	R . 17
R . 17	A . 1	E . 5	E . 5
A . 1			
59	38	34	28
8	8	8	8
4 7 2/3	0 4 2/7 2	2 2/4	4

4 7 2 3 0 4 2 7 2 2 2 4

CAPITA ILL. CONCILII DECEM VIRVM.

D.Paulus Valaresso.
D.Franciscus Contrareno.
D.Petrus Mocenico.

ARs transmutationis Metallicæ Io. Augustini Panthei sacerdotis Veneti Leone.X. Pontifice Maximo,ac Leonardo Lauretano optimo Prĩcipe in ædibus Ioãnis Tacuini impressorum accuratissimi Venetijs edita. VII. Idus Septembris: M.D.XVIII.

Archimicæ sophiæ seu mauis Archimagiæ
Dicere:veridicum iam cape lector opus.
Naturæ ex adytis tulit hæc exempla sacerdos.
Felix,qui nosse hæc mystica sacra potest.
D. G. hic.

Gulielmo Hyeroſki-

POLONO VIRO NOBILISS. VIRTVTIBVSQ. OMNIBVS PRAEDITO. IOANNES AVGVSTINVS PANTHEVS VENETVS SACERDOS FELICITATEM AETERNAM.

QVanti te faciamus, quẽ te alterum nos eſse dixerimus, ex hoc tibi æſtimandũ relinquimus, ex hoc facile iam coniicere poteris ꝙ tua vni⁹ cauſa laborẽ hũc Commentandi aggreſsi ſumus, & de Theſauris noſtris Opus hoc nouum tibi excudim⁹, & tibi ſoli dicamus. In quo opere perſpicuè, ac dilucidè reſeruauimus, & interpretati ſumus locos omneis difficiles, & Interpretẽ deſiderãtes. Et qui obſcuriores videbantur in noſtris illis inſtitutionibus, quas de metallicis trãſmutationibus ſuperiorib⁹ annis edidimus. Quod per cõmunes tibi & nobis amicos moniti fueramus, & per literas certiores facti te in illis aſsiduè verſari, te ſcripta, & Exẽplaria noſtra nocturna verſare manu (vt aiunt) verſare diurna, ſed torqueri quod nequires deſiderii tui cõpos euadere, propter nonnullas in illis difficultates, quæ tibi non intelligibiles cenſerentur. Nos certe Inſtitu

certe Institutiones illas, Quantum subiecta materia exigit, Quantum facultas ipsa permittit, Quantum professio ipsa patitur, propriis ac signatis vocabulis ac vsitatis, apud artis professores contexuimus. Vnaquæq; enim Ars peculiares habet terminos, & dicendi modos. Verũ dum breuitati studemus, paulo obscuriores (fortasse) tironibus effecti sumus. Nec audiẽdi sunt qui de institutionibus illis nostris rentur, Illas partim dici posse editas, partim non editas, & cognobiles illis tantum futuras, quibus p nos interpretatæ fuerint. Id quod proprium est solum ĩ arte cabalistica, de qua plura alibi. Nã qui sacris magiæ huius recte initiati fuerint, ratiocinatione duce, exercitatione, vsuq; comite, Fine omnino non frustrabuntur, si perseuerauerint in illis euoluendis, & ediscendis. Si deniq; ad hanc magiam capessendam natura apti sint, vti etiam de futuris poetis, Oratoribus, philosophis, medicis, ac reliquarum omniũ facultatũ professoribus dici a Sapientibus solet. Accedat oportet numerorũ scientia, q̃ propriũ ac substãtiale hominis pythagora & plato censuerunt. Vnde hominem diffinientes dixerunt. Hõ est animal sciens numerare. Quam rem dum animo versaremus, ad consumatam totius rei cognitionem, placuit addere misturas, & proportiones metallorũ, vna cũ eorũ põderibus, & numeris. Accipe igitur Gulielme iocundissime, & generis Nobilitate Illustris, virtutibus spectabilis, liberalitatis munificentiæq; splendore celeberrime, ac Doctissime hos cõmentarios nostros omni auro preciosiores. Et tibi

habe carissimos, eosq; ita legas singulatimquosc ūq; terminos ponderando, & contextum retexēdo Philosophico more, Fidei, ac spei feruore feruens. Vt spiritu agente affletur mēs tua, Animusq; tuus, q ūo & vatum, & ad spiritalem sensum, Sententiamq; aditus tibi patefiat. Quod tibi continget, si tute tibi ipsi non defueris, hoc est, si dilectionem habebis, vt inquit Diuus Paulus, Bene vale, & nos tibi amicissimos, tuiq; nominis amantissimos, & obseruantissimos ama.

IOANNIS AVGVSTINI PANTHEI Veneti sacerdotis in editam metallicæ transmutationis Theoricam commentarium.

NVlla te admiratio capiat Gulielme vir omni in scientia eruditissime: si in hostris commentarijs non ita sumus verbis penitus, si latinis, vt forsitā doctissimæ aures tuæ audire expectabant. Nam vt primo posteriorum inquit Philosophus. Non omnem interrogationem est vnumquemq; scientem interrogare, neq; secundum omne interrogatum de vnoquoq; respondere, sed quæ, sunt secundum Scientiam determinatam. Si. n. disputat cum Geometra, secundum quod est geometra, sic manifestū est ꝙ benè, si ex his aliquid de

monstrat. Si vero non, minimè benè. Manifestū est autem ꝙ non arguit geometram. Sed aut secundū accidens. Quare vtiq; non erit in non geometricis de geometria disserendū. Quapropter si de archimia mysteriorum naturæ mirabilium indagatrice tecum agere volumus, verbis nos vtiq; talibus necessarium est vti, quæ huiuscemodi scientiæ (vt a Philosopho dictum est) congruant, & qualia ipsa exigere videtur materia. Cum autem tecum de oratoris, aut Pœtæ officio verba faciem⁹, Ciceronianos tūc, aut vergilianos imitabimur lepores.

יְהוָה A Ccipe igitur Iud he voph he in Dei nomine, vt a platone in thimeo præceptum est. In omnibus siue maximis, siue minimis, diuinum implorari debere auxilium. Et in vase terreo vitreato, cum Igne vni⁹ gradus. 4. per horas. xxiiii. candidissimam animam extrahe, ac per ascensum ipsam diligenter ablue totam.

POstea cum spiritu, & corpore, D E I. taliter cōiūge, vt ad arcani huius libram, per putrefactionem talis corporis, cum spiritu, & anima, generetur chylus. Proportione. s. Coniunctionis, & mixtionis, Quatuor cum partibus, seu pōderibus Quinque, & nouem, seruatis super porfidum, deinde sine alicuius aquæ lotione optimè terēdo. Et hoc quousq; deuenias ad pondus librarum. xxv. cum dimidia, vt pro multiplicationib⁹. vii. in vice vna tibi sufficiant.

D Einde in aludel non vitreato (ꝙ est vas terreum) Et sub fimo equino (quod est ignis

Carbonũ)in loco Putrefactioois, Generatiõis, Alterationis, & Fixionis reconde. Qui quidem Ignis dicitur exterior in ipsam Frigiditatem agens, hoc est Nigredinem expolians. Et talis Ignis.xxiiii.horarum terminum in totum non permittatur transgredi. Qui tamen horarum numerus in duas æquales sit distributus partes, quælibet scilicet ipsarum.xii. cõprehendẽs horas, vt tali charactere. M. signatũ est.

POst hæc illi stude ad inducendũ æternã mortem, hoc est rubificandum chylũ, iam per putrefactionem, generationem, & alterationem, atq; fixionem terminatum. Quater scilicet in ipsius putrefactione, Ter vero in generatione, bisq; in alteratione, ac in fixione semel tantũ in ipsum terẽdo. Cum additioue attamen spiritus sui in charaha existentis, sub N V T V, Stagno, vel Marth ek, generatũ. Quod quippe erit per septuaginta duas vices horas duodecim multiplicando. Quæ quidem (vt patet) faciunt dies.xxxvi. Ac septẽ vicibus reiteramixtionem cum ponderibus septies vice qualibet supra illud quod superesse omni vice a fixione comperies, ita ꝙ sẽper cæterorum respectu, tale vt basis sit, & in quotatione Quatuor, vt inferius annotatum esse videbis, & supra etiam ostensum est.

COnsideratio etiã respectu tẽporum animaduertenda est, quæ sunt septem vicibus trigesimus sextus multiplicatus numerus. Qui quidẽ continere videtur dies.cclii. Et sic habebis M A R-THEK DEEB. Quod idem interpretatur ꝙ marechet Deob. Quod quidem aureum est lithar-

girion, ideſt Benedictus philoſophorum lapis, medicina eleiſir, ſiu tinctura aurea, non deficiens. Quī immo quod libet tranſmutans metallum, vna, ſuper centum. Quoniam archimia ab Archi, & mia Græcè deriuatur. Et Caldaice Archenoueuma adumas dicitur, quæ initiū vnitatis eſſe perhibet. Quod quidem initium, ſeu principiū nihil aliud eſſe videtur, niſi tinctura fixa, vt in noſtri opuſculi theorica demonſtratum eſſe comperies, capite illo ſcilicet. Viſo demū qualiter Arg. vi. tranſſubſtantiatur de natura, in naturam. & cætera, vt in ipſo.

SEd in omnia Enigmata praxis huius cariſsime Gulielme ſoluere valeas, nec Sphyngem te conſulere in aliquo oporteat, ac huius Diuinæ ſcientiæ recipiontium adytū ingrediaris, Quid illud diuinum Hebraicū verbum in ſe contineat, ac ſub ipſo lateat, ꝙ ſupra diximus. Accipe in Dei nomine. Iud he voph he. & cætera. Breuibus tibi (gratis) in prophani vulgi contemptū, & diuinæ maieſtatis laudē, & gloriā, demonſtrare decreuimus. Et ſi minime licat naturæ arcana prophanis manifeſtare, ſed Sapientiæ duntaxat amatoribus. Quod ſane fieri ſolitū eſt hæc aduſq; tempora, vt non niſi metaphoris naturæ ſecretiora tractarentur.

יְהֹוָה

ET primò in Archimia recipientia illud ꝙ per Iud he voph he importatur, ſunt ær, Aqua, ignis, & terra naturalis, hoc eſt quatuor naturæ elementa.

יְהֹוָה

D Ictio autem hæc comer riſoon primam deſignat naturæ materiam.

חוֹמֶר רִאשׁוֹן

HAec muchabelim recipientes. מְקַבְּלִים
Ista vero gophris, sulfur naturale. גָּפְרִית
Hæc chesseph hai, argẽtum viuum minerale. כֶּסֶף חַי
EThæc Ithocoduthorucot, vnionem spirituũ. הִתְאַחֲדוּת
Quod idem quippe est, quod ouorum Gallinarum albumen naturale. הָרוּחוֹת

HAc ista douor echad, rem vnam solam, Quæ est argilla cruda simplex. דָּבָר
Iud vero pro ære ponitur, & inter chabalisticos numeros decimã sibi vendicat quotationem. אֶחָד

HE primus de elementis exprimit Aquam scilicet, & de numeris Quinque. י

VOph autem ignem, & de numeris sex. ה
Heista & vltima terrã ostendit, & de numeris Quinq;. ו

QVæ aũt, ꝙ, & Qualia metallica, & naturalia sĩt elemẽta in chabalisticũ, archimicæ artis magisteriũ ĩgrediẽtia. Quid etiã forma materia, mediũ dispositiuũ, aurũ, argẽtũ splendidũ, argẽtũ calcinatũ, argentũ viuũ de corde Saturni, oleũ sulfuris. Quidque sit argilla simplex. Haud nos fugit te iã intellexisse, ac experiẽtia ĩ laboratorio nr̃o cõspexisse cũ hac de re verba (vt nr̃a exigit amicitia) haberem⁹. Attamẽ si forte quæ palã operati sum⁹ obliuioni tradidisses, nos literis desiderij tui ĩdicib⁹ certiores reddas. Pollicemr̃ equidẽ nos tibi libẽtissime (ꝓ virili) morẽ gerere, oĩaq; iterũ ob mutuũ, & nõ vulgarẽ inter nos amorẽ tibi recẽsere. Nã a peripateticorũ prĩcipe scriptũ esse cõperim⁹. Amicitiã, vnã ĩ duob⁹ corporibus viuentem animã expostulare. Quamobrẽ cũ


te tali, tantoq; prosequamur amore, vt te cariorem habeamus neminem. Non immerito a nobis haud petendum, sed (gratis) exigendum esse censuimus, vt omni cura, studio, atq; diligētia, tuæ enitamur parere voluntati. Cui nos paratos ī omnibus offerim', tradimus, & pollicemur.

DE METALLORVM SPIRITVS GENERATIONE.

SVmantur itaq; lib. Decem humidi, qui est Aer. Pariterq; libr. Quīq; sicci, terram insinuantis metallicam. Quæ idem quippe est, quod Saturni cerussa. Et in vase ferreo in carbonūmq; igne uncta conflentur.

CVmq; liquefacta fuerīt in aqua ex dulcedinis, & acetositatis qualitatibus confecta, in granulis reducantur.

POstremo igne gradus secundi distillentur, tā in cucurbita ferrea benè sigillata cum allembich, & receptaculo terreo, quam in terreo aludel & caraha, donec Spiritus purus, & mundus habeatur.



DE METALLORVM ANIMAE GENERATIONE.

PRima quidem cõiunctio, de libris fiet Aeris Decẽ, & lib. sex ignis. s. de Iud, & voph. Secunda vero, de libris Quinq; aquæ, & de lib. Quinq; terræ, videlicet de He, & He. יְו

TErtia deniq; & vltima de omnibus simul, scilicet iud he voph he. Ac mediantibus ignis gradibus, & horis, vt supra candidißima extrahatur anima. ה ה

יְהוָה

DE MIXTIONE CORPORIS, SPIRITVSQVE METALLORVM ANIMAE.

Q. Quarum insinuans est numerum. Vnde vice quatuor vna, quatuor faciens Corpus facit.

E. Quintum ostẽdit numerum. Vnde quinquies septẽ, trigesimũ, quintum conficiunt numerum, & Spiritus tradit pondera.

I. Nonam significat quotationem, Vñ septies nouem, sexagesimã tertiam animæ demonstrat quãtitatem.

SVmma autem cuncta mixta. DEI. Lib. xxv. cũ dimidia.

P Erficit autē diuinū arcanū hoc equini fimi medio, quid ē ignis (vt supra) per horas, & p dies, sub N V T V, ad fixum librarū.lxiiii.

HOræ autem, & pariter fimi dies, erunt ex temporibus N V T V. Gradibus huiusmodi nostra in theorica non expressus. ✠✠✠

DE TEMPORIBVS.

	HORAE. M.	DIES.
N.	12.	Indicat. Et sex dies in putrefactione.
V.		Decem in Generatione.
T.	.12.	Nouem in alteratione.
V.		Decem in fixione.

SCito tamen mi Lepidissime Gulielme, oēs prædictos motus, gradibus (vt supra) ✠✠✠. terminari debere.

D*Ierum aūt erit summa suis coniunctorum horis.xxxvi.*

CRibrationes vero. Idest reiterationes septimo clauduntur numero. Vnde omnibus simul cōprehensis, & aggregatis, pariterq; cum reiterationibus iunctis, Dies erunt.cclii.

DE CARBONVM PRO OPERIS COMPLEMENTO QVANTITATE.

S Ed ne quidpiā obmittere videamur, quoniā vt secundo Cœli, & Mundi inquit Philosophus. Paruus error in principio, Maxim' ē in fine. Propterea & de carbonū quātitate disserendum esse censuimus, sine quibus prorsus ali-

quid recte agere non videtur artifex.

Summa igitur carbonum omnium, a dieb' tribus pro ipsorum corba, quæ venetiis est eorũ in vsu mensura erit corbarũ. lxxxiiii. Et medicina libras comprehendet. lxiiii. Ac ipsius proiectionis vna supra centum.

DE MEDICINAE REITERATIONE.

A Reiterationibus autem medicinæ vna cadet supra 1000. 10000. 100000. 1000000. 10000000. 100000000. Nec non finaliter vna supra in comprehensibilem numerum. Vnde per sæcula cuncta laudetur trinus, & vnus ineffabilis Deus. Qui tantam nobis, & tibi (gratis) ad misericordiam largitus est gratiam.

DE PROPORTIONE ARGENTI PARITER ET AVRI.

Quoniam vt. xxxiiii. Lib. Capi. primo inquit Plinius, Quæstus gratia omnia exerceri cœpta sunt, quæ gloriæ causa prius amplecti solebãt homines. Hinc nos qui prophanum, & Ignarum vuulgus odio habemus, nec ipsius gloria tangimur. Quinimmo cum poeta nostro cãtamus,

Procul absit gloria vulgi. Materiam hanc si literis mandare decreuimus, vt tenue (vt aiunt) de tenui extrahatur, & precipuè a te Gulielme in omni scientia rum genere vir doctissime. Qui non vt auarus ille mida, aurum colis, nec vt dipsas ille crassus ipsum sitire videris. Sed propter bonarum artium oblectamenta, studiaq; totis viribus, die, noctuq; continuis lucubrationibus, sudoribus, sumptibusq; (vt proceres gentium claritatem quærentes olim facere solebāt) minimè parcere videris, ipsum auspicaris. Sed iam ad rem ipsam deuenientes dicimus, ꝙ si hesperidum mala absq; Draconis periculo colligere volueris, hæc (me duce) semita progrediaris.

Accipe igitur terræ albæ partem vnam. Aeris albi partes duas. Et de. 224. partes tres.

Pistillo ferreo in Mortarioq; æreo in puluerem subtilissimum, terram, & album ærem rediges. Hominisq; posthac ipsum asperſum lotiōe cū. 224. in bracteis redactum, in terreo vase bene vitreato sepultum locabis.

Quod postea suo cum operculo, paruo in ipsiꝰ cacumine facto foramine optime cum vulgari, simpliciq; argilla claudes, & īter carbones accensos, lignorūq; flamā per horam vnam coques.

Deinde refrigerato, vase nouo in fictili īter carbones accensos iterum posito, materiam conflabis. aqua scobem donec clarescat corili virga extrahendo, in ferreo Aurifabrorum instrumento, ab ipso depones, infrigidatamq; seruabis.

CVm autem opus aggredi volueris.
CERVCRA oз. I.
q̈r. .II.
q̈r. .I. K .10. accipies.
Numq; post aliud in nouo fictili vase carbo
V nibus accensis fundes, & realem argenteam mixturam habebis.

IN PROPORTIONE ARGENTI. SCHEMA.

ARGENTVM MINOR PERFECTVS.		AES MINOR IMPERFECTVS. I.
7.	.1008.	.1.
6.	.864.	.2.
5.	.720.	.3.
4.	.576.	.4.
3.	.432.	.5.
2.	.288.	.6.
1.	.44.	.7.

MIXTIO ARGENTI IN PROPORTIONE DIVISA.

ARGENTI NITIDI.	PROPORTIO.	RESPONDENTIA.		
K. 576.	K. .576.	oз. iiii.		
612.	.540.	iiii.	q̈r.	I.
648.	.504.	iiii.	q̈r.	ii.
684.	.468.	iiii.	q̈r.	iii.
K. 720.	k.432.	oз. v.		

Bona al teratio.	756.	.396.		v.	q̈r.	i.	
	792.	.360.		v.	q̈r.	ii.	
	828.	.324.		v.	q̈r.	iii.	
	K. 864.	k .288.	o3.	vi.			
	900.	.252.		vi.	q̈r.	i.	
Bona alteratio.	936.	.216.		vi.	q̈r.	ii.	
	972.	.180.		vi.	q̈r.	iii.	
	K. 1008.	K. 144.	.o3.	vii.			
Ligatura Veneta	1024	.128.		vii.	K.	16.	
	1044	.108.		vii.	q̈r.	i.	
	1080	.72.		vii.	q̈r.	ii.	
Moneta	1092	.60.		vii.	q̈r.	ii.	k. 12.
	1116.	.36.		vii.	q̈r.	iii.	
Cinericũ	1128.	.24.		vii.	q̈r.	iii.	K. 12.

DE AVRO.

EAdem Doctißime Gulielme quæ de argento fieri supra diximus, de auro si ipsi' quæris mixtioné taliter faciéda é. SV. maī enim Aquæ marinæ pars vna. Ignis æthnæ duæ partes. Et de. 224. tres partes.

IN reliquis autem procedatur, vt supra dictũ est, Duobus tantum exceptis. Primo, ꝙ vbi in argento per horam vnã. In auro per Quatuor materia coquatur horas. Alterum est, ꝙ frige facto vase minime exigit talis mixtura fundi, nec in corpus reduci debere.

IGitur cum ligati auri opus aggredi volueris..
ERVARGA. o3. i.

q̈r . 2.
q̈r . i.k.10.accipiantur.

V Num poſt aliud ſimul fundatur, & in auri fabrorum ferreo inſtrumento, totum e vaſe eiectũ, infrigidatumq; ſeruetur.

IN PROPORTIONE AVRI SCHE.

AVRVM MAIOR PERFECTVS.		ARGENTVM MINOR PERFECTVS.
11.	.22.	.1.
10.	.20.	.2.
9.	.18.	.3.
8.	.16.	.4.
7.	.14.	.5.
6.	.12.	.6.
5.	.10.	7.
4.	.8.	.8.
3.	.6.	.9.
2.	.4.	.10.
1.	.2.	.11.

MIXTIO AVRI IN PROPORTIONE DIVISA.

AVRI FVLVI	PROPORTIO	RESPONDENTIA.
k. 576.	k. 576.	k.xii. g.
582.	.570.	xii. g. ʒ.
588.	.564.	xii. g. i.
594.	.558.	xii. g. i. ʒ.
600.	.552.	xii. g. ii.
606.	.546.	xii. g. ii. ʒ.

		612.	.540.	xii.	g.	iii.	
		618.	.534.	xii.	g.	iii.	ſ
	k.	624.	k.528.	k.xiii.g.			
		630.	.522.	xiii.	g.		ſ.
		636.	.516.	xiii.	g.	i.	
		642.	.510.	xiii.	g.	i.	ſ.
		648.	.504.	xiii.	g.	ii.	
		654.	.498.	xiii.	g.	ii.	ſ.
		660.	.492.	xiii.	g.	iii.	
		666.	.486.	xiii.	g.	iii.	ſ.
Bona al teratio	k.	672.	k.480.	K.xiiii.g.			
		678.	.474.	xiiii.	g.	ſ.	
		684.	.468.	xiiii.	g.	i.	
		690.	.462.	xiiii.	g.	i.	ſ.
		696.	.456.	xiiii.	g.	ii.	
		702.	.450.	xiiii.	g.	ii.	ſ.
		708.	.444.	xiiii.	g.	iii.	
		714.	.438.	xiiii.	g.	iii.	ſ.
	K.	720.	K. 432.	K.xv.	g.		
		726.	.426.	xv.	g.	ſ.	
		732.	.420.	xv.	g.	i.	
		738.	.414.	xv.	g.	i.	ſ.
		744.	.408.	xv.	g.	ii.	
		750.	.402.	xv.	g.	ii.	ſ.
		756.	.396.	xv.	g.	iii.	
		762.	.390.	xv.	g.	iii.	ſ.
	K.	768.	K. 384.	K.xvi.			

Ligatura Veneta.

774.	.378.	xvi.	g.	ʒ.		
780.	.372.	xvi.	g.	i.		
786.	.366.	xvi.	g.	i.	ʒ.	
792.	.360.	xvi.	g.	ii.		
798.	.354.	xvi.	g.	ii.	ʒ.	
804.	.348.	xvi.	g.	ii..	ʒ.	
810.	.342.	xvi.	g.	iiii.	ʒ.	
K. 8 6.	K. 336.	K.xvii.				
822.	.330.	xvii.	g.	ʒ.		
828.	.324.	xvii.	g.	i.		
834.	.318.	xvii.	g.	i.	ʒ.	
840.	.312.	xvii.	g.	ii.		
846.	.306.	xvii.	g.	ii.	ʒ.	
852.	.300.	xvii.	g.	iii		
858.	.294.	xvii.	g.	iii.	ʒ.	
K. 864.	k. 288.	K. xviii.	g.			Bona alteratio.
870.	.282.	xviii.	g.	ʒ.		
876.	.276.	xviii.	g.	i.		
882.	.270.	xviii.	g.	i.	ʒ.	
888.	.264.	xviii.	g.	ii.		
894.	.258.	xviii.	g.	ii.	ʒ.	
900.	.252	xviii.	g.	iii.		
906.	.246.	xviii.	g.	iii.	ʒ.	
K 912.	K. 240.	k.xix.				
918.	.234	xix.	g.	ʒ.		
924.	.228	xix.	g.	i.		
930.	.222	xix.	g.	i.	ʒ.	

		936.	.216.	xix.	g.	ii.	
		942.	.210.	xix.	g.	ii.	ʒ
		948.	.204.	xix.	g.	iii.	
		954.	.198.	xix.	g.	iii.	ʒ
Bona al teratio.	k.	960.	K.192.	K.xx.			
		966.	.186.	xx.	g.	ʒ.	
		972.	.180.	xx.	g.	i.	
		978.	.174.	xx.	g.	i	ʒ
		984.	.168.	xx.	g.	ii.	
		990.	.162.	xx.	g.	ii.	ʒ.
		996.	.156.	xx.	g.	iii.	
		1002.	.150.	xx.	g.	iii.	ʒ.
	k.	1008.	K.144.	k.xxi.			
		1014.	.138.	xxi.	g.	ʒ.	
		1020.	.132.	xxi.	g.	i.	
		1026.	.126.	xxi.	g.	i	ʒ
		1032.	.120.	xxi.	g.	ii.	
		1038.	.114.	xxi.	g.	ii.	ʒ
		1044.	.108.	xxi.	g.	iii.	
		1050.	.102.	xxi.	g.	iii.	ʒ.
	k.	1056.	K.96.	k.xxii.			
Bona al teratio		1062.	.90.	xxii.	g.	ʒ	
		1068.	.84.	xxii.	g.	i.	
		1074.	.78.	xxii.	g.	i	ʒ.
		1080.	.72.	xxii.	g.	ii.	
		1086.	.66.	xxii.	g.	ii	ʒ.
		1092.	.60.	xxii	g.	iii,	

1098	.54,	xxii.	g.	iii.	ʒ.
K. 1104.	k. 48.	k.xxiii.	g.		
1110.	42.	xxiii.	g.	ʒ.	
1116.	36.	xxiii,	g.	i.	
1122	30,	xxiii.	g.	i.	ʒ.
1128.	24,	xxiii.	g.	ii.	
1134.	.18.	xxiii.	g.	ii.	ʒ.
1140.	.12.	xxiii.	g.	iii.	
1146.	.6.	xxiii.	g.	iii.	ʒ.

Has itaq; metallorum mixturas, & proportiones pro faciliori, ac clariori operis magisterio adiũximus, vt omnibus in votis tuis nos morem gessisse videremur. Vale igitur Gulielme nobilissime nostri memor, qui omnium es virtutum Decus, & Ornamentum.

Finis. Comentarium Transmutationis metallicæ Ioannis Augustini Panthei Veneti Parisiis nunc recenter impressum Anno domini.

1550.